HIERONYMUS
Admont, Ende 12. Jh. Seite 16r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25977
Copyright: Admont, Benediktinerstift



cipitur alii. nisi uiro iuda & habitatoribus hierusalem. ut deserant
occidentē litterā. & sequantur spm uiuificantē. Si enim hoc inquit
non feceritis. egredietur ut ignis indignatio mea & succendet.
& non erit qui extinguat. Ideo aut monet & ante pdicit ne fa
cere compellatur qd & inninevitis pbamus. quibus pdicta sen
tentia est. ut imminentē furorē. ad penitentiā declinarent. Omā
aut hec mala euenient ppter maliciā cogitationū siue ad in
uentionū urāꝝ. Ubi sunt qui in cogitationibus dicunt n esse pec
catū. cū omā uicia iuxta euuangelicā ueritatē de corde p
cedunt. Annuntiate in iuda. & in hierlm auditū facite. loqui
mini. Canite tuba in terra. clamate fortiter & dicite. Congre
gamini. & ingrediamur ciuitates munitas. Hoc audiat iuda. hoc
hierlm. in quo confessio fidei ē. & in qua pax xpi habitat. & cui
pesayā dictū ē. In montē excelsū ascende qui euuangelizas
syon. eleua uocē tuā qui euuangelizas hierlm. Clamet fortit
& ita pcipiat. ingrediamur ciuitates munitas. Hereticorū bella
consurgunt. xpi munimenta nos teneant. Leuate crucis
signū. in specula id est sublimitate ecclē. Confortamini qui
timetis. nolite stare. s ad xpi auxiliū currite. Malū inqt
ego adducā ab aquilone & contritionē magnā. uerū nabu
chodonosor: qui idcirco in mundo isto a me esse pmittitur:
ut urā fortitudo & uictoria cōprobet. Ascendit leo de cu
bili suo. & predo gentiū se leuauit. Egressus ē de loco suo.
ut ponat terrā tuā in solitudinē. Ciuitates tuę uastabuntur.
remanentes absq habitatore. Iste ē ut diximus uerus nabu
chodonosor: de quo & petrus loquitur. Aduersarius noster
diabolus quasi leo rugiens circuit. Ascendit aut uel de
abyssis in quos religandus ē. & ne mittat exorat. & predo
siue uastator gentiū se leuauit. De quo dictū est. omniū ini
micorū suoꝝ dominabitur. & qui gloriatur in conspectu dni.
circuiui omnē terrā. & conculcaui eā. Quis ē enim quem
diaboli uenena non tangant. nisi ille solus qui potest dicere
ecce uenit princeps mundi istius. & inuenit in me nichil.
Iste crebro ponit omnē terrā ecclē in solitudinē. ut egressi